

III. Art. 12.

AD
AVDIENDA
ANNIVERSARIA VOTA
IN
**ACTV
ORATORIO**

RENATO ANNO MDCCXXXVI.

A

QVATVOR ALVMNIS SCHOLAE HILDBVRGHVS.

DIE XIII. IAN. VSCEPTA

**SERENISSIMOS PRINCIPES
IVVENTVTIS
DOMINOS CLEMENTISSIMOS,
PERILLVSTREM, ILLVSTRES,
GENEROSISSIMOS, EXCELLENTISSIMOS
PROCERES AVLAE**

ET

QVOTQVOT SACRORVM, CIVILIVM ET MILITARIUM MVNERVM VEL ALIIS HONORVM TITVLIS SVPRA
VVLGV M VNLGV S VNT CONSPICVI

OMNI SVBMISSIONE, OBSERVANTIA, ET HVMANITATE

INVITAT

IOH. CHRISTIAN FEISTKOH

RECTOR SCHOL.

HILDBVRGHVSAE,
LITERIS PENTZOLDIANIS.

AD

ADINDA



GRATIANO

RENATO ANNO MDCCXXXI

A

GRATIANO ALVANUS SCHOLAE HILDBURGHÆ



Emnonem, antiquissimum Aethiopum regem, quem Achilles fortissimus in fatali expugnatione Troiae cecidit, consentiens Poëtarum fama artificibus adscripsit. Cujus inter admiranda opera antiquitas ingeniosa refert statuam, quea radii exorientes solis tacta vocalem sonum emisisse dicitur. Sub auspicio ineuntis anni, qui nobis illuxit faustissimus, vocales sicut Christiani & memores consuetudinis vota nuncupandi. Rechte imitantur inveteratam consuetudinem, a sapientioribus olim populis, Hebreis, Graecis & Romanis impensis amatam. Hebraei enim, qui religionis puritate & legum sanctitate præ caeteris enierunt gentibus, votorum erant studiosissimi, adjunctis sacrificiis & precibus. Concipiebant autem vota noviluniorum & festo in primis buccinarum, quibus sub auspicio novi anni clangebant. Num. 29. v. i. Palmarium votum erat pax, bonum certe, quod rivulos suos in publica commoda latius diffundit. Id quod praeter testimonia in sacris literis passim obvia, probatis rationibus fulcunt diligentissimi rituum Hebraeorum Scriptores, quos inter Lundius copiosus, Lighfoodius, literarum Rabbinicarum notitia instrucissimus, & eruditæ brevitas Godwinus sunt conspicui. Spencerus, fucatus ille legum Mosaicarum interpres, originem quidem noviluniorum & celebrationis festi novi anni ex gentilium ritibus lib. III. de legib. ritual. Hebraeorum derivare enititur: Sed longius deflectit a veritatis tramite. Quamvis enim noviluna inter gentiles fuerint antiquissima, nullum tamen ante tempora Mosis extat vestigium. Melius dixerim, gentiles consuetudinem celebrandi Calendas Mensium accepisse a Iudeis. Plures enim ritus Iudei captivi Aegypti reliquerunt, ab

Aegyptiis

RECTOR SCOLÆ

HILDBURGHÆ
LIBRARIA FESTIVITATIBVS

Aegyptiis hauserunt Graeci, a Graecis defluxerunt ad Romanos. Quare Graecia, sedes quondam literarum celeberrima nunc afflictae fortunae libidinibus haud ignoravit ritus vota nuncupandi. Calendis enim Hecatombeniosis Mensis, quo Graeci annum aufpicati sunt, solennia instituerunt sacrificia & vota pro salute publica suscepserunt. Tandem haec consuetudo apud Romanos, rituum observantissimos, obtinuit, quippe qui Calendis Ianuarii mactabant, atque immolabant additis precationibus. Superfedeo latius excurrere & varia votorum genera enumerare, quod ingenia eruditissimorum virorum huic materiae satificerent. Inter multos lectu dignus est Iacobus Philippus Thomasinus, qui in libro de votivis Romanorum tabellis omnes votorum species multis illustrat rationibus. Calendae itaque Ianuarii erant dies votorum, quo praeter publicam laetitiam, parentes, liberi, necessitudine & familiaritate conjuncti linguis animisque faverent. Solemnia hujus mensis ingenuis brevitate explicit Ovidius lib. I. Fast. Romani hoc die, quam longus fuit, Deos religioso cultu sunt venerati, & devotis precationibus animi laetitiam declararunt. Triflia omnia erant remotissima, nec feraleium attacuta laetiora anni auspicia funestabant. Cum vero acerbior eventus eorum expectationem falleret, pietatem votivam contumeliosis foedarunt sermonibus, id quod Svetonius in vita Calig. cap. 5. docet Romanos inquiens, acero Germanici fato succenfuisse, tempa fuisse lapidata & Deorum aras subversas. En! impia gentilium ingenia & gigantum more Diis irata. Christiani sanctioribus impulsu causis Calendis Ianuarii vota nuncupant, omisis tamen solemnibus supervacaneis, nec irascuntur, quamvis votis non semper latus respondat exitus, iubet primum grata pietas, Israëlitarum more, qui festum novi anni ea mente celebrarunt, ut significaret, nunc tempus esse apertissimum, beneficia, superiori anno a Deo accepta, in memoriam revocandi, de quo pluribus celeberrimus Buddeus Tom. I. Hist. Eccles. p. 720. & Rittangelius in den hochseverlichen Jüdischen Solennitäten. Deinde suadet necessitas, hoc in primis luctuos & anicipiti temporis cursu, quo armorum strepitus vicinas implevit regiones, de qua publica calamitate multi in lacrymis feden-tes altius ingemiscunt. Nos habemus, cur hac misera temporis facie ardentibus votis & precibus ad Deum accedamus, ut tumeacentes belli fluctus componat, pacem restituat. Utinam legatorum animi, ad pacis comitia proficiscentium, conspirent, & togata consilia e voto succedant: Iam temp- plum claudatur & sopiro undique armorum furore optatissima pax copulet Christianos Principes, haec tenus exacerbatos, publica restituatur tranquillitas, miseriarum fontes arescant. Amor denique arctissimum Christianorum vinculum nec non honestas, ad vota & preces incitat. Hinc alumni scholae nostrae jam quoque vocales fiunt flagrantibus votis, pietatem atque obsequium testaturi. In primis laetantur exoptatissima incolunitate
SERENISSIMI DVCIS ERNESTI FRIDERICI,
PATRIS PATRIAE NOSTRAE CLEMENTISSIMI,
qui

qui reipublicae quae ipsi paret; illuxit tanquam fidus faustissimum. Indulgentissimus hic Princeps tot illustrissimarum virtutum comitatu fulgens, vere nuncupandus est amor & deliciae. Maximos clementias radios, quos in universam spargit subiectam rempublicam, sentiunt quoque cives scholae, quibus circumfusi incalefcunt votis, quae ex subiectissimis emanant animis. Deum implorant, ut tanto muneri ex coelo in solarium subjectorum deusso, addat perennitatem. Sera fit & posteris demum nostris nota dies, quae tam sublime pignus natali coelo reddat. Quatuor igitur juvenes bovae indolis, laudatae diligentiae & probatae vitae prodibunt orationes votivas recitaturi, quorum

I. FRIDERICVS CHRISTIANVS SIGISMUNDVS HOMMEL, Isenensis, VIRI MAGNIF. IOH. CHRISTOPH. HOMMELII, Serenissimo Duci Saxo-Hildb, a Consilis Consist. Eccles. Supremis Aulae Concion. & Generali Ecclesiarum Inspectione filius natu maximus pro summa incolumente totius SERENISSIMAE DOMVS SAXO-HILDB. vota suscipiet stilo Romano.

II. IOH. CHRISTIAN RINCK, Lindenaviensis, filius beate defuncti IOH. STEPHAN. RINCKII, fidelissimi Pastoris Lindenaviae in praefectura Heldburgenfi pro felicitate Status Civilis votivam habebit orationem idiomate latino.

III. IOH. GODOFREDVS THAMERVS, Hildburgh. filius VIRI PRAEONIBILISSIMI IOH. PETRI THAMERI, a Secretis Cameræ epistolis pro Salute Status Ecclesiastici vota concipiet carmine Teutonico.

IV. CASPARVS FRIDERICVS FISCHER, Hildburgh. filius VIRI NOBILISSIMI IOH. GEORGII FISCHERI, Senatoris inclitæ Civitatis Hildburgh. pro Statu Oeconomico vota faciet Sermonem Patrio.

Quotquot igitur literarum amore incensi Musis favent, auscultandi gratia die 13. Ian. hor. II. pomerid. comparebunt. Honorifica praefentia vestra acuetis industriam alumnorum, & quos attulerunt spiritus ad literarum tractatiorem, augebitis. Quam humanitatem memoria tuebuntur gratissima. Dab. Hildburghusæ pridie Id. Ian. MDCCXXXVI.



We 2494. 40

— Tresor —

VDR

91 C

140

AD
AVDIENDA
ANNIVERSARIA VOTA
IN
ACTV
ORATORIO

RENATO ANNO MDCCXXXVI.

A
QVATVOR ALVMNIS SCHOLAE
DIE XIII. IAN. VSCEPT

SERENISSIMOS PRI
IVVENTVT
DOMINOS CLEMENT
PERILLVSTREM, ILI
GENEROSISSIMOS, EXCELLI
PROCERES AVLA
ET

QVOTQVOT SACRORVM, CIVILIV
RIVM MVNERVM VEL ALIIS HONORVN
VVLGVVM SVNT CONSPIC
OMNI SVBMISSIONE, OBSERVANTIA, ET H
INVITAT
IOH. CHRISTIAN FEIS
RECTOR SCHOL.

HILDBVRGHVSÆ,
LITERIS PENTZOLDIANIS.

